

*De figuris lapidum, &c.*

te, radicibus carent, & imam sui partem, qua adhærēt super lapidibus aut conchis, qui adnascuntur extendūt, patellarum instar inhærentes. Radices, stipites, rami, cortices, folia, flores, fructus, mutātur in lapides in his fontibus & fluuijs: quos cōmemorauit lib. 2. de natura eorū quæ effluūt ex terra, ~~Agricola~~ ~~Sunt que~~ non tam forma vel substantia, quàm accidente aliquo, vt colore, odore, ad aliquā stirpem accedant. Telirrhizos cinerei coloris aut rufi, candidis radicibus spectatur, Plinius. Ex marinis aut maritimis plantas aliquas, quæ lapideæ videntur in superficie potissimum, (plerisq; enim lignum subest,) in Historia stirpium exhibebimus spero. Gemmas aliquotà plantis denominatas Plinius lib. 37. cap. II. enumerat, quas nos hîc etiam, suo quaque loco, non omittemus. Cepiten vel Cepoidem, ab hortis nominatam ob colorum varietatem, præcedenti capite

pite